

1563 ię 12 Januarij. Ex Ms. Bibl. Lat. No 244.

77

Maximilianus Secundus Romanorū Rex

Martino Comero Oratori Polono.

Cum S. Regis tui benevolus in nos animus iam pri-
dem ita sit comprobatus, ut non nisi ex animo nobis
bene velle ejus Sente[m] semper existimaverimus.
Equidem et hanc quoq[ue] novam nr[ost]am Regi honoris ac-
cessione[m] ei non injucundum fore iam minime dubi-
tamus. Quapropter et tuum ad nos adventum, et
quod ab eodem Rege tuo coram nobis non gratulandi
beneq[ue] precandi munus tibi erat injunctum internis-
sa tam accurate apud nos excusari, non ita valde e-
rat necessarium. Istud tamen tua in nos observan-
tia studium, ejusdemq[ue] Regis constantiam De no-
bis memoriam nihilominus clementer et aman-
ter comprobamus, hoc Regi quidem ipsi literis
nunc significantes, illud vero tibi clementia nr[ost]e
officij libenter declaraturi. Datum in nostra
et Imperij civitate Augusta Vindelicorum die
12. Januarij Anno Domini 1563. Regnorū nr[ost]rorum
Romani primo, et Bohemici deimo quarto.

Hungarica

1503 21 Januarii

Handwritten Latin text, likely a letter or official document, written in a cursive script. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. It begins with "1503 21 Januarii" and contains several lines of dense Latin script.

Handwritten signature or name at the bottom of the page.